

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

35. De cæco apud Jericho.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

**Gratia-  
rum a-  
ctio post  
confes-  
sionem.** Discam, à confessione me colligere, ad gratias pro beneficio reconciliationis. Porro iste regres-  
*sus est cum magna voce magnificans Deum, & ce-  
cidit in faciem ante pedes ejus, gratias agens. Mi-  
rus affectus grati animi.* Prudenter autem

**Christi  
mode-  
stia,**

Christo dicente : *Et novem ubi sunt?* tacuit, no-  
lens accusare alios, quod nos vulgo libenter fa-  
cimus, simili occasione. Denique modestiam  
Christi mitare in redarguendo : *Et non est in-  
ventus, qui daret gloriam Deo:* non ait mihi. Be-  
nignè autem Samaritanum complexus, ait illi :  
*Surge, vade, quia fides tua te salvum fecit,* & est  
credibile à lepra etiam spirituali curasse illum,

## MEDITATIO XXXV.

*De cæco apud Iericho. Luc. 18.  
Matth. 20. Marc. 10.*

### PUNCTUM PRIMUM.

**Cœci si-  
des.** **P**Recatio cæci. Plena fide & fiducia : *Iesu  
Fili David miserere mei!* Confiteor Messi-  
am & potentem salvare. 2. Fervens, ingemi-  
**Luc. 13.  
39.** **F**ervor. nando : *Fili David, miserere mei.* 3. Constan-  
adversus increpantes, *ut taceret.* Cogitabo,  
me cæcum esse, utroque oculo, cognitionis &  
amoris, cæcitate ignorantiae, & passionis, ut a-  
**Con-  
stantia.** **I**mpedi-  
menta **Impedi-  
menta** **3.** pud Bernardum & sedere me otiosum, mendi-  
cando à creaturis solatia. Clamabo igitur ad  
Christum, ut iste : nec morabor obstrepentes,  
orandi, qui solent esse maximè quatuor. 1. Tumultus

4.

varia-

variaturum cogitationum, quæ impediunt attentionem. 2. Remorsus ex conscientia peccatorum, qui gignit diffidentiam. 3. Necesitas ac miseria corporis. 4. Occupationes & curæ rerum externarum. Quin ipsi, qui Christum comitantur, avocant ab oratione, etiam per speciem boni. At ego pergam clamare, & ex importunitate obstantium acuam fervorem orandi, tantò magis clamando : *Iesu, miserere mei,* & *libera me, quia egenus & pauper sum ego,* & *cor meum conturbatum est intra me.*

## PUNCTUM II.

**E**x auditio precantis. 1. *Iesus stetit, & jussit* 1.  
*illum adduci ad se.* Initio dissimulaverat, ut Dissimulatus probaret constantiam. Sistit cursum Sol justi- latChristi-  
tæ, causâ hominis. 2. *Cacus projecto vestimento,* 2.  
*exiliens venit ad Iesum,* exultavit, spe recipien- Exultat  
di visum. Sic interius vocati relinquunt omnia, cæcus.  
ut Christum sequantur. 3. Rogat Dominus : *Marc-*  
*quid vis ? quia gratiam suam dat volentibus dis-* 10. 50.  
*positis.* Respondet cæcus : *Domine, ut videam.* *Ioan. 17.* 3.  
Idem optem ego, ut videam : nam *hæc est vita* 3.  
*eterna, ut cognoscant te Deum verum, & quem* Visum  
*misiisti Iesum Christum :* ut videam voluntatem recipit.  
tuam, ad implendum, & me ipsum ad humilandum ; & res creatas, ad te laudandum ut videam aliquando te, sicut es. Dicito mihi, ut cæco il-  
li : respice, & factum erit.

## PUNCTUM III.

Luc. 18. **F**idei Dominus tribuit sanitatem: *Fides tuae*  
 42. *salvum fecit: & confessim vidi.* Quod erat  
 Ob fidē potentiae & misericordiae suae opus, fidei atti-  
 sanatur. buit, tanquam disponenti & impetranti. Sic pe-  
 Matt. tuit alias a cæcis: *Creditis, quia hoc possum facere*  
 9. 28. *vobis?* Et illis affirmantibus, statim aperti sunt  
 Marc. oculi eorum: sed quendam alium non statim de  
 18. 23. integro illuminavit, ob imperfectam fidem, tam-  
 Duplex et si *salivam suam adhibuit, & oculos tetigit.*  
 illumi- *Initio enim videbat homines sicut arbores.* Sic  
 natio. sunt duo modi illustrationum: quidam extraor-  
 dinarius, ut D. Pauli: quidam per gradus, pro-  
 ficiendo. Cæcus hic sequebatur eum magnifi-  
 cans Deum: effectus illustrationis, insistere ve-  
 stigiis Christi, & Dei gloriam prædicare.

## MEDITATIO XXXVI.

*De cæco nato. Ioan. 9.*

## PUNCTUM PRIMUM.

Ioan. 9. **P**reteriens Iesus videt hominem cæcum à na-  
 1. *tivitate.* Hic intuitus misericordiae; quo nisi  
 Justos Deus præveniat nos, non illuminamur, & respi-  
 respicit quidem omnes, sed maximè electos. Opta-  
 Jesus. bo sic ab eo aspici. 2. Quærebant Apostoli de  
 2. *causa cæcitatis.* Respondit: *Neque hic peccavit,*  
 Morbus *neque parentes ejus: sed ut manifestentur opera*  
 non *Dei in illo.* Discamus, quia non semper peccata  
 semper *sunt*  
 poena.